



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. I. Mvtinen. majoratus Corriggiarii. De majoratibus Italiæ, an regulentur juxtâ primogenituras & majoratus Hispaniarum cum ordine successivo, & cum prærogativa lineæ, quæ vincat ætatem, vel ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

DE FIDEICOMMISSIS, PRIMOGENITVRIS,

ET MAIORATIBVS. DISCVRSVS PRIMVS.

MVTINEN. MAIORATVS CORRIGGIARII INTER PHILIPPVM & LVDOVICVM DE COCCAPANIS.

Casus decifus per Iudices deputatos pro Philippo.

De maioratibus Italiae, an regulentur juxta primogenituras & majoratus Hispaniarum cum ordine fucceffivo, & cum praeogativa lineae, quae vincat aetatem, vel potius sint saltuarii de seniore in seniozem, fpectata folum qualitate naturali majoris natu, ita ut aetas vincat praeogativam lineae; Concluditur pro linea in fucceffione, & pro aetate in adminiftratione.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**idei series.
- 2 Refolutio caufe.
- 3 In finis individuis, ac in primogenituris, & maioratibus Hispaniae linea vivit aetatem, & gradum.
- 4 Secus in maioratibus Italiae juxta unam opinionem, quae refertur.
- 5 Contrarium juxta alteram, quae etiam refertur.
- 6 Sententia auctoris, ut ista fit quaeftio facti, & quomodo decidenda fit.
- 7 Ubi agitur de juribus confiftentibus in fola adminiftratione, vel honorificientia, est verior prima opinio, praefertim in fendis divifivis.
- 8 Idem in aliis bonis, in quibus omnes fuccedant cum maioratu in fola adminiftratione.
- 9 Et idem in preparatione gentilitio, in quo feniore habeat exercitium.
- 10 Quando etiam in istis tenenda fit fecunda opinio pro praeogativa lineae.
- 11 De quadam honorificientia familiae Oriliae in Civitate Neapolis.
- 12 Quando antianitati, feu majori aetate deferendum fit.
- 13 Ubi agitur de fucceffione in bonis diftinguntur cafus.
- 14 Quando bona unam lineam funt ingreffa, tunc verior est fecunda opinio, de qua num. 5. & de rationibus.
- 15 Ponderantur rationes, & inconuenientia, ob qua ifto cafe fecunda opinio tenenda est.
- 16 De altero cafe, in quo plures concurrant ex ingreffu ad fucceffionem, qua neutram lineam ingreffu fit.
- 17 Ut hoc fecundo cafe precedat prima opinio favore feniore, potiffime in fucceffione tranfverfalis.
- 18 Contrarium auctar verius credit, ut etiam hoc cafe fit verior fecunda opinio pro praeogativa lineae, & de rationibus.
- 19 Quando prima opinio recipienda fit.
- 20 Quod auctoritatibus confultentium non fit defecendum & de ratione.

De Fideicommissis.

- 21 Est quaeftio voluntatis, idem principaliter infiftendum fuper circumftantiis facti pariter laris.
- 22 De argumentis fudentibus falutariis.
- 23 Mutatio teftamenti, feu cancellatio probat mutationem voluntatis.
- 24 Declaratur nifi dicta revocatio, vel cancellatio aliam habeat caufam.

D I S C. I.

Bernardinus Corriggiarius in primo teftamento, inftituito haerede Hercule juniore de Coccapanis Herculis feniore ejus avi materni nepote ex Guidone filio, illi fubftituit majorem natu ejus filiorum & defcendentium; In altero vero ad horas condito, inftituito dicto avo materno in quadam quantitate, haeredem pariter fcripfit eundem Herculem juniorem, cui fubftituit majorem natu filiorum & defcendentium dicti Guidonis ejusdem Herculis patris in perpetuum; Cumque post mortem teftatoris objiffet etiam dictus Hercules haeres abfque prole, fuperftitibus Philippo nepote ex Alphonfo fratre fecundo genito praedefuncto, & Ludovico tertio genito, Hinc inter iftos orta est quaeftio fucceffionis in hoc maioratu, eaque commiffa per Ducem Mutinae tribus iudicibus particulariter deputatis, duo ex eis fub die 5. Octob. 1656. pro Philippo juniore ac remotiore ob praeogativam lineae primogenitae refponderunt, Alter vero pro Ludovico ob praeogativam aetatis refpondendum cenfuit, editique, tam per iftum, quam per illos motiva de more defumptis ex iftis, quae per Advocatos & Confultentes hinc inde deducta fuerunt, & quae motiva duorum refpondentium pro Philippo longe post haec fcripta fub nomine decifionis Confilii Mutinenfis regiftrata fuerunt per *Manziam inter ejus confultationes confult. 97.* incertus ex qua parte, omnibus dictis motivis communicatis, pro veritate de mense Februarii 1657. confultus fui, quaenam pars mihi videretur probabilior.

Ille qui tenebat partes Ludovici patru majoris natu, agendo prius de articulo juris generaliter & in abftrecto, deinde vero in concreto de catu fpeciali, ejusque

A

de LUCA
de
tamentis
et catu
97

eiusque particularibus circumstantiis, unam vel alteram voluntatem suadentibus; Quatenus pertinet ad primam, cum eo proximiori stylo, qui extra Curiam est in usu, satis insistebat in majori auctoritatum calculo assistente Ludovico patruo habenti 3 prerogativam ætatis, non curatis iis, quæ per Italos ac Germanos & alios firmantur in primogenituris, ac Regnis & feudis dignitatum individuis jure primogenituræ deferendis, vel per Hispanos in illis majoratibus qui ex legibus vel styli particularibus jure Regni seu feudi individui dignitatis, & primogenituræ regulantur, cum beneficio repræsentationis ad favorem nepotis contra patruum ob lineæ prerogativam, juxta opinionem hodie receptissimam ac amplius non controversam, Quoniam id recipiendum non est in majoratibus Italiæ in hoc differentibus ab illis Hispaniæ quod sunt saluarum 4 seniore in seniore, spectata sola prerogativa ætatis per naturam seu veritatem, ac juxta ordinem natiuitatis, non curata prerogativa lineæ, minusque altera gradus cumulando in id pro dicta saluarum variatione *Alexandrum conf. 4. lib. 4. Alciac. conf. 138. n. 11. & seq. lib. 5. Peregr. conf. 64. num. 10. lib. 2. & conf. 34. num. 17. lib. 3. Menoch. conf. 886. Surd. conf. 403. & 455. repetit. conf. 468. Bellou. jun. conf. 11. num. 38. num. seqq. Berou. conf. 71. lib. 10. Malvas. conf. 22. Honded. conf. 70. lib. 2. Mangi. de imp. quæst. 77. num. 169. Gratian. discept. 416. num. 82. & discept. 695. num. 1. & 2. Enfar. conf. 39. & seqq. & de substitut. quæst. 387. Redenasc. conf. 82. Præ. discept. 38. tom. 1. & in addit. ad Paschal. de patria potest. par. 4. cap. 9. ad num. 6. Amat. var. resol. cap. 1. num. 12. & 27. Theaur. junior. lib. 2. q. 20. num. 3. & lib. 1. q. 35. num. 4. & 17. Galeota lib. 1. controu. 48. & alios collectos per Charl. n. rom. 3. controu. post hæc scripta edito controu. 222. Quibus addi possunt quæ in terminis Commendæ militaris Religionis S. Stephani erectæ cum ordine majoratus ad favorem majoris natu firmantur in decisione edita in Florentina Commende de Pazzi de anno 1653. pariter longè post hæc registrata inter dictas consultationes Manzi consuli. 99. & in restrictu scribentium in ea causa pro seniore registrato apud eundem Manzum consuli. 98. ex quibus ac similibus auctoritatibus nimium insistebatur in eo, quod in hujusmodi majoratibus attenditur solum major ætas per naturam, non curata prerogativa lineæ, in hoc differentibus majoratibus Italiæ ab illis Hispaniæ.*

Quod clarius idem motivator procedere dicebat ex facti particularibus circumstantiis, dum testator in priori testamento majoratum ordinaverat in lineæ & descendentiæ Herculis heredis instituti, deinde verò mutato consilio, ac instituto Hercule avo in priori testamento præterito, eundem majoratum ordinavit in lineæ & descendentiæ Guidonis, unde propterea inferebatur, testatorem non respectivisse ad ordinem successivum.

E conversò autem, duo qui erant concordēs pro nepote, credebant dictam differentiam inter majoratum Italiæ ac primogenituræ, sive majoratus Hispaniæ, esse merè verbalem, nulli juridico fundamento vel probabili rationi innixam, ideoque istos esse terminos synonymos, atque idem quod dicitur de primogenituris, ac de majoratibus Hispaniæ seu de Regnis & feudis dignitatis, in hujusmodi etiam majoratibus recipiendum sit ex auctoritate *Barbat. conf. 10. l. 2. Grati. conf. 6. & 7. Alciac. apud Gratum conf. 8. Menoch. conf. 886. n. 25. & seq. & conf. 891. ex n. 1. & ver. totum.* ac etiam *Rota in Tyburina fideicommissi coram Arguelles impress. apud Redenasc. conf.*

17. aliis *decisi. par. 10. recent.* ubi majoratus & primogenitura habentur pro synonymis, quod quidem esset communis loquendi usus, ut latius videre est in *cap. 97.* Et his addi possunt ea quæ in consensu controversia ad favorem nepotis minoris naturaliter natu majorem latè firmantur in *desf. Rota. L. consensu registrata apud eundem Manzum consuli. 98.* ubi etiam de iis, quæ per ipsum auctorem ac suo fuso calamo ac elaboratè pro eadem parte vicinè deducta fuerunt *consuli. 92. num. seqq.*

Ego autem atentè ponderatis omnibus præmissis, aliisque auctoritatibus de materia agentibus contentog; sensu, quem perpetuò habui, ut ultimæ voluntatum quæstiones dicantur potius facti quæ juris, juxta singulorum casuum particulares ac circumstantias decidenda; quodq; propter prorsus erroneum sit ex iis, quæ per Consulentum Decisionantes in eorum respectivè casibus facta fuerunt, certam ac determinatam regulam generalem statuerem, cum solum auctoritates prædictæ præderari ac attendi debeant pro quodam luminæ norma, ad effectum regulandi congruam applicationem ad casum, juxta istius consilium.

Pro indaganda veritate, ac tollendis equivoquis quæ ex prædictorum auctorum consilia collatione resultant, ob diversitatem casuum, de quibus ipsi tractant, omninò procedendum effectivam cum plurium diversorum casuum distinctione, ex qua veritas resultat.

Primus igitur casus est, ubi non agitur de successorio in hæreditate ac bonis ad propriam utilitatem, sed solum de jure honorifico, sive impetante aliquam administrationem, cujus effectus aliorum utilitatem redunderet, illa ipsi solum ad instantis quandoq; etiam admixta, Ut est, e.g. in dividuis, quæ ad differentiam individuum feudistæ vocantur juris Longobardorum, & per feudatarium morientem habentem hujusmodi facultatem omnibus filiis & descendentiibus proformiter relinquuntur, sub regimine tamen administratione majoris natu pro tempore, quem jurisdictionis exercitium, aliæque contentia feudi administrationem, ad omnium tantæ communem utilitatem residere debeant, Et tunc testatoris voluntate expressa vel conjecturali non negante, pro saluarum probabilis respondendum venit, Tum quia non urgent illæ rationes, quæ convenientia, quæ urgent in casu successorio bonorum ut infra, Tum etiam quia id præsumitur actum prudentiæ & intellectus, idè cogitavit committitur seniori, Et in his terminis administrationis feudi, vel quoad substantiam vel utilitatem dividui, & omnibus de genere contentis loquuntur *Berou. d. conf. 71. l. 1. Malvas. conf. Honded. conf. 70. lib. 2. & ceteri in illam causam referuntur apud Gratian. discept. 695.*

Quod etiam in bonis indifferentibus ac sine cibis fideicommissis ordinatis ad favorem omnium descendentiū seu de certo genere quandoque ordinari solet, institueno scilicet hunc impropium majoratum, potius administratorum, quam hereditarium juxta casum, de quo infra in *Ordo majoratus disc. 6.* Et praticari etiam solet in distributionibus subsidiorum præstandorum, hujusmodi annis illis de familia vel descendentiæ, juxta casum quo pariter infra in *Jan. distrib. disc. 6.* Frequenter verò id contingere solet in jure patronatus & ceteris

sentandi gentilitio seu aliis competere alicui generi seu universitati bonorum aut personarum, quod exercitium præsentationis, aliorumque jurium patronalium vel beneficiorum ad tollendas confusio- nis demandari solet uni vel pluribus natu majoribus, id est senioribus, Et in his terminis loquuntur Gratian. *discrpt. 645. n. 7. Et 12. c. 2. de iur. sep. Et discrpt. 834. n. 6. Et per tot. s. Pisan. de iur. patr. l. 4. c. 9. n. 55. Litt. de benef. l. 2. q. 11. n. 93. Rota dec. 362. n. 21. par. 5. rec.* apud quos recententur Lambertum & alii antiquiores ad hunc etiam effectum principaliter, ac late collecti per *Charlin. d. contr. 222. Et qui etiam in dictis motivis cumulabantur, eosdemque terminos percipiunt dec. Rose 15. Et 100. p. 2. d. vers. quæ pro saluatione satis ponderabantur.*

Nisi facti circumstantiæ etiam in his iuribus honorificis ac intellectualibus probabiliter diversam testatoris seu aliis disponentis voluntatem suadeant, quia nempe in ea domo, vel descendentiâ, vel ratione feudi dignitatis aut aliis individui & juris Francorum, vel ratione alicujus primogenituræ seu majoratus in ea existentis, adit ille qui cum ordine successivo primogenituræ, faciat magis conspicuam figuram majoratichi seu capitis domus; Si enim in ea domo vel familia erigatur jus patronatus, cujus exercitium in iuribus patronalibus & honorificis detur majori natu, sive erigatur mons pro subsidio cum similibus, tunc sub nomine talis majoris natu, omnino probabiliter vocatus censendus est ille, qui dictam magis conspicuam figuram facit majoratichi seu capitis domus; Cum enim tractu temporis dilatata aliqua familia vel descendentiâ in plures ramos, illi qui sunt secundogeniti, vel à secundogenitis descendunt, soleant effici pauperiores, ac longè inferioris & humilioris status, quam sic ille possessor primogenituræ vel feudi, qui majoratichi seu capitis domus figuram facit, ita ut quandoque dignoscatur ea differentia, quæ est inter Magnatem & simplicem popularem. Hinc proinde procul incongruum ac verisimili testatoris seu fundatoris voluntati contrarium videtur, ut hujusmodi actus, quamvis solum præminentiales, & honorifici, spero illo, qui in domo, Magnatis vel nobilis divitis figuram facit, admitti debeat ille qui sola ratione ætatis senior ac natu major erit vilis vel abjectus, ita ut potius expediat illum occultare ac negare quod sit de domo, ut frequenter experimur, dum magis inepti ac socordes, in quibus ingenium minorem vel nullam operationem faciat, solique sensui serviunt, ut plurimum longiorem vitam habere solent quam viri prudentes literis vel aliis virtuosis exercitiis incumbentes; Ut e.g. in Ecclesia insignis Monasterii Montis Olivæ Neapolis fundati per Antonium Oriliam magnam I. Cilliusque Regni Viceprothotarium, in die distributionis palmarum seu candelarum, interveniente ibi Prorege cum ejus Collaterali Consilio ac multis primi ordinis Magnatibus & Titulatis, post ipsum Proregem, sive Regem, si esset præsens, primum locum in distributione occupabat Majoratichus, ex descendentiâ vel de domo dicti fundatoris major natu, ex quibus mihi ignotum est, an hodie adsint necne, sed ista Majoria intelligitur de illo, qui ratione aliorum bonorum ut supra faciat magis conspicuam figuram domini seu capitis domus; Maximum enim absurdum esset, quod isto tanquam juniore neglecto, hunc actum explicaret aliquis senior, in vilis abjecto statu constitutus, cum similibus; Ideoque etiam in his iuribus intellectualibus & honorificis, licet in dubio regula seu præsumptio sit pro saluatione, ut d. dec. 15. Et 100. par. 2. d. De Fideicom.

vers. Adhuc tamen intelligendum est discretè ac juxta subjectam materiam, & singulorum casuum particulares circumstantias, unde pariter remanet quæstio potius facti quam juris, non recipiens certam generalem determinationem, cum solum in iuribus intellectualibus & honorificis, qualitas senioris seu antiquioris videatur considerabilis inter plures, quibus æqualiter idem jus comperat & inter quos major ætas vel antianitas aliquam tribuat præminentiam, eo modo, quo videmus in Tribunalibus vel Collegiis, aliisque corporibus politicis, quod antiquior, qui *Dei annus* nuncupari solet, quamvis æqualem cum aliis habeat jurisdictionem & potestatem, retinet tamen quamdam majorem præminentiam ac superioritatem cum similibus.

Ubi verò non agitur de iuribus solum intellectualibus & honorificis ut supra, sed de jure successorio in bonis, privatè ad alios, juxta casum controversiæ. Et tunc pariter observabam, distinguendum esse inter casum, in quo bona de quibus agitur aliquam lineam ingressa sint, ita ut mortuo possessore, contentio sit inter ejus filium vel alium descendentem juniorem contententem de continuatione bonorum in eadem linea, & inter defuncti fratrem vel alium transversalem ab eodem stipite descendentem, qui ratione majoris ætatis prælationem præferat; Et alium casum, in quo aperta successione per terminationem alicujus lineæ vel colonelli, veniant, atque æqualiter ad novæ successoris pertinentiam aspirent personæ diversas lineas seu colonellos constituentes, quarum una habeat prærogativam lineæ, altera verò prærogativam ætatis.

In primo casu, quicquid plures ex superius allegatis dicant, constituen-do differentiam ut supra inter majoratus Hispaniæ seu primogenituræ, ac istos majoratus, quos dicimus Italiæ; Sine dubio verior ac omnino tendenda est opinio, quam tenentur *Grat. cons. 6. Et 7. Et alii de quibus supra Et in dictis consultationibus 92. Et seqq. Et 96. Manzoni*, ubi de isto casu majoratus jam ingressi & continuaturi in eadem linea, ut idem dicendum sit in hujusmodi majoratibus, ac in illis Hispaniæ, sive in nostris primogenituris, vel feudis juris Francorum, cum receptissima, & hodie absoluta regula, ut bona unam lineâ ingressa, ab ea non egrediantur, neque ad aliam transeant, nisi illa prius evacuata, Tum quia isti termini majoratus & primogenituræ ex communi usû ac de facto haberi solent pro synonymis, dictaque differentia majori parti ipsorummet Juristarum ignota esse solet, multò magis idiotis; Tum clarius, quia hujusmodi majoratus per ambitiosos viros ordinari solent pro decore ac splendore familiarum, ita melius conservando mediante unione divitiarum ac bonorum penes unam personam, ideoque profusus incongruum, irrationabile, ac indecorum esset, verisimili etiam testatoris voluntati omninò contrarium, ut jam ingressis bonis in unam lineam, quæ ita in splendore constituta est, contingente morte possessoris, ejus filii vel descendentes, more Turcarum, pauperes ac viles remanere debeant, atque bona transitum facere ad seniores diverse lineæ seu colonelli, quo ad breve tempus decedente, idem in ejus filiis contingeret, & sic successivè.

Pluribus etiam aliis concurrentibus inconvenientiis, quæ tam humanæ prudentiæ, quam verisimili disponentis voluntati adversari videntur; Et præsertim, ultra jam dictum, resularet illud facilis dissipationis illorum bonorum, quorum perpetuam conservationem in una persona ambitiosus testator

de LUCA
de
tamentis
et cat.
9

consideravit; Cum enim data hujusmodi saltuariatione, successio in numerosis præsertim familiis & descendentiis, deferretur in viros senes, isti agnoscentes bona transmittere non posse ad propriam sobolem ac descendentiã; more simplicium usufructuorum curarent quomagis fieri posset ea exfructare, & quominus colere & conservare, nullatenus autem meliorare; Et quod magis, si prædecessor aliqua bona distraisset, utiq; negligenter dispendiosas lites assumere, bonaque distracta vel jura neglecta recuperare, ut in aliis juribus solum vitalitiis, atque ad suos non transmissibilibus frequens, & quotidiana praxis docet.

Alterum gravius, magisque legale absurdum seu inconveniens est illud magnarum ac inextricabilium litium, quæ ita in quocunque casu aperturæ successiois contingerent, si ad remotum tempus testatoris descendentiã, in plures ramos seu colonellos divisa, per longas ac incertas genealogias inspiciendum esset, an concurrentes descendant ab eodem stipite necnè, juxta casum disputatum per *Peregr. conf. 47. lib. 2.* contra quem latè & bene in specie scriptit *Men. conf. 1171.* Et ex qua ratione, quicquid majores nostri acerrimè certaverint, hodie, tam in fideicommissariis, quàm feudalibus, vel emphyteuticis successioibus receptum est. attendendam esse proximitatem gravati non autem gravantis, ut frequenter infra *hoc. ed. tit.* super hujusmodi hodie recepissima conclusione habetur, Unde quicquid aliqui Consules, inserviando pecuniã, & ad causã seu requiritis opportunitatem dicant, fabulã species hodie videretur præterire hujusmodi saltuariationem cum avocatione honorum ab ea lineã jam durante, & præexistente, in quam ea ingressa sunt.

Alia major dubitandi ratio cadere videtur in in dicto alio casu, in quo extincta illa lineã, in quam bona ingressa sunt ac steterunt, concurrunt plures diversarum linearum, seu ejusdem generis personarum per transversum, quarum quælibet proprium stipitem, seu lineam constituturã, contendat de alterius concurrentis, ejuque lineã perpetua exclusione, donec admissi lineã duret, cum jure transmissionis & continuationis competentis ex superius insinuata regula *de lineã semel ingressã &c.* Et de isto casu proprie agit *Alex. conf. 4. l. 4.* qui reputatur antesignanus opinionis tenentis hujusmodi majoratum saltuariationem, istosque terminos percutiunt superius allegati ad hujus opinionis comprobationem, præsertim *Peregr. conf. 33. lib. 2. Surd. conf. 403. & 455. Fusar. conf. 39. cum sequentibus Prat. disceptatione 38. & alii præsertim Theaur. jun. lib. 2. questio 20. & Bellon jun. consil. 11. ex numero 34.* Qui duo, præsertim *Theaur.* firmant, clarius ac tutius id procedere, ubi ageretur de majoratu ordinato per transversalem, ita ut contentio esset inter plures personas, seu lineas transversales, qualis erat casus præsentis controversiæ, dum testator erat transversalis, atque mortuo primo instituto sine prole concursus erat inter patrum & nepotem, qui licet dependentes ab eodem stipite Guidonis patris, & avi respectivè, inter se tamen dicebantur extranei diversas lineas constituturi, ita ut concursus esset ex integro, & in ingressu, non autem in progressu.

Quamvis autem, ubi cum arithmetico numero auctoritatum procedendum esset, major calculus opinioni, quæ favet seniori seu majori natu per naturam assisteret, atque satis urgeret consideratio, quod isto casu non militant illa absurda & incon-

venientia, quæ superius considerata sunt in præcedenti casu, in quo ageretur de tollendo bona à lineã admittenda, ac excludendo filium vel descendentem ultimi possessoris, ob transversalem quædamque remotum, ac extraneum ex sola ratione animo revolvendo, Et quod magis est, omnino incertus ex cujus parte requisitus essem, unde propterea cessabat ea quædam affectio, quæ etiam Responsis pro veritate erga benevolam requiritem concipi solet, Non potui captivare intellectum in obsequium hujus opinionis, cum tam communi usui, quàm etiam spectato sine, cum tam hujusmodi ambitiosæ dispositiones concipiuntur majoratus & primogenituræ in Italia continentur quaedam legaleicam metaphysicam Constitutionem, qui vel in gratiam eos conducentis pecuniã inserviando, vel ad proprii acuminis ostentationem, ita subtilizare solent, absque eo quod testatores, nec quidem a longè ad hujusmodi terminorum distinctiones reflectant; sed verius videtur ut majoratus & primogenituræ, etiam in Italia habeantur pro synonymis, ut præsertim liquet in casu, de quo *disc. segg.* ubi in Florentina Civitate, quæ lingua Etruscã, saltem ratione residentium Principis, Metropolis dici potest, hæc pro synonymis habentur; Potissimè quia ob longam dominationem Hispanicæ Monarchiæ, in adèò notabili Italia parte, tam vocabulorum, quàm etiam rerum non modica communicatio sequuta est, unde idem reputari solet primogenitus, ac majoratus.

Dicta verò opinio pro saltuariatione, juxta præcedentem, quæ ad alium effectum habetur in *Ferrariens. fideicommissi de Franchis disc. 9.* recipienda videtur in illis successioibus, quæ per quamvis speciem beneficii ecclesiastici vel officii importat solum commodum vitalitium ac personale ab ipso tractu successivo, seu perpetua distinctione linearum, sed omnibus de genere vocato quasi unam lineam, seu unum corpus constituentibus, dicitur inter singulos quidam ordo prælationis ex prærogativa antianitatis absque perpetuo, vel successivo præjudicio alterius junioris concurrentis, qui per defectum senioris admissi eandem successioem quoque sperare valeat, ut frequens praxis docet in beneficiis, vel aliis juribus, quæ adinstar beneficiorum de jure patronatus passivo, quæ dantur solum ad vitam personis in cælibatu constitutis, Scelus autem ubi talia beneficia vel jura, quamvis personalia & vitalitia, deferantur etiam uxoris insipientibus propriam sobolem, ad quam tanquam per speciem primogenituræ vel majoratus idem præsit transmissibile, juxta casum, de quo infra in *Romana Commenda disc. 8.* Ideoque mihi non placuit desilio in Florentina de Pazzi de anno 1673. registratum apud Manzium consult. 99. ut advertitur in dicta *Romana Commenda*, ac etiam in *Pisana Commenda de Grifonis sub tit. de Jure patronatus*, ubi de commenda ejusdem Religionis, de qua agitur in dicta decisione Florentina.

Neque movere me potuit major auctoritatum cumulus, ex eo præsertim, quod non esset Repetitorium, vel in Tractatibus ad solam veritatem loquentium, sed Consulentiũ, quorum auctoritas ut potius frequentius ad pecuniã vel affectionem semper suspecta est, ideoque in satis modica consideratione habenda; Ut enim quotidiana praxis docet, hujus-

modi majoratum causa solent esse de majoribus eo saeculo in regione currentibus, in quibus hinc inde fere omnes clari nominis Juris Consulti totius Italiae seu regionis consulti solent, quolibet ad opportunitatem requirentis respondente; Quod autem ex pluribus in copioso numero pro utraque parte scribentibus, casus praebeat, ut aliquorum labores publicam ac perpetuam lucem habeant, illi vero aliorum oblitentur, atque in tenebris remaneant, non inde tamen inferendum est, ut ea pars, cui talis casus hanc majorem praebat prerogativam, censenda sit verior, si revera inspectis juris principis non sit talis, Atque in hoc consistit satis damnabilis pragmaticus usus attendendi majorem scribentium calculum, praesertim in consiliis cum solo calculo arithmetico; Quinimod eadem frequens quotidiana praxis docet minus tutam quod periculosa causam habere opinantes, majus scribentium fomentum tam in numero quam in pondere habeant, qui enim magis de suis juribus diffidunt, eo diligentius Juris Consultos ac Advocatos primi nominis adhibere student, Altera vero pars, quae de suis juribus magis fidit, hujusmodi graviores expensas negligit; Unde saepissime practici in plerisque Tribunalibus, praesertim in Rota, ita istius Tribunalis summam integritatem & charitatem experiendo, quod pro parte succumbente scribere consueverunt fere omnes seniores ac alicujus existimationis Advocati, quos vulgus primarios appellare solet; E converso autem pro parte victrice scribere solum causa Patronus, vel unicus junior Advosatus; Ideoque fabulae species esset asserere, quod dictorum Advocatorum venalibus informationibus sub consistorio vel controversiarum, aut disceptationum vocabulis publica luci, ut jacent proditis, ista in aliis causis debeant eam veritatem, quam firmare non potuerunt in eo praefato, ac individuo casu, pro quo principaliter edita fuerunt.

Et haec quoad articulum seu materiam in genere, seu in abstracto; Quo vero ad praesentem casum in specie, sive in concreto, cum ex supra insinuatis absolutum sit praemissa omnia, sive pro una, sive pro altera opinione, praesumptive tantum procedere, atque in casu merè ambiguae voluntatis, secus autem ista expressa vel etiam conjecturali in contrarium urgente; Ideo cum plura hinc inde in praedictis invicem pugnantibus votis seu motibus ponderarentur, vis responsi consistere videbatur in applicatione, seu in adminiculorum & conjecturarum praeponderantia, pro una, vel altera testatoris voluntate.

Pro saltuaratione siquidem ad favorem majoris natu, satis urgebat ea circumstantia, quod testator absque immutatione haereditatis primum testamentum revocasset, ordinando secundum cum diversa dispositione majoratus in linea Guidonis communis concurrentium stipitis, quasi ita unam lineam tantum constituere voluerit ab Ipso Guidone metiendam; Et consequenter quod cessante concursu plurium linearum, intrarent soli termini concursus plurium personarum ejusdem lineae, cujus prerogativa non urgente, altera prerogativa aetatis vincere debet; Atque hoc videbatur vehemens adminiculum, pro cujus corroboracione ponderabam ego ea quae habentur firmata per Rotam in Romana fideicommissi de Victoris coram Orthob. inter suas decis. 244. & 271. & coram V. crossio decis. 285. par. 1. rec. cum aliis, de quibus infra in eadem causa De Fideicommissi.

disc. 23. quod scilicet ita testator mutando, vel cancellando voluerit quid diversum disponere; Et quamvis in voto seu motu pro juniore ponderaretur, quod dictum secundum testamentum ordinatum esset pro supplenda neglecta institutione avi, attamen ex facti circumstantiis, ista remanebat nimium levis, & frigida responsio.

His tamen non obstantibus, adhuc nepoti ex fratre primogenito contra patruum, juxta votum majoris partis judicium, veritatem mihi assistere videbatur, cum mutatio testamenti aliam probabilem, ac substantialem haberet causam, quia nempe majoratus in priori testamento ordinatus fuerat in sola linea & descendencia Herculis junioris primi haereditis instituti, ideoque prudenter deinde cogitatus fuit casus, qui jam contrigit, mortis dicti Herculis absque prole, unde propterea ad breve tempus dispositio evanescere poterat, atque bona effici libera ad extraneos transmissibilia, & consequenter, dum dicta mutatio aliam probabilem haberet causam, dictum alium effectum non producit, ut adverteritur in eadem Romana fideicommissi de Victoris d. disc. 23. ubi concordantes, & sic resolutio capta pro majori parte mihi placuit, atque probabilis vis est, & ita mihi supponitur causam terminasse.

FLORENTINA MAJORATUS DE GUARDIS

Responsum pro veritate.

De eadem materia discursus praecedentis, An scilicet in majoratibus Italiae attendatur solum aetas non curata linea, vel e contra, ita ut isti majoratus differant a primogenituris; Et concluditur pro linea.

SUMMARIUM

- 1 **F**acti series.
- 2 Respondetur pro majori natu in linea primogeniturae quamvis juniore.
- 3 Clarus ubi constat, quod testator habuit pro synonymis, majoratum & primogenituram.
- 4 In primogeniturae linea vincit aetas.
- 5 De alio casu consimilis controversiae, in quo etiam respondetur favore linea.
- 6 Si testator ordinavit majoratum inter descendentes plurium fratrum, vel sororum, an sit vincus majoratus, vel plures in qualibet linea discretive.
- 7 Quomodo ista quaestio decidi debeat.

DISC. II.

PAulus de Guardis, instituta haerede Maria Francisca unica filia, in casu obitus istius absque filiis, ordinavit in quibusdam bonis fideicommissum particulare durabile per centum annos ad favorem primogeniti, & majoris natu filiorum & descen-

A;

descen-

de LUCA
de
tamentis
et cat.
CVI
S